christum iniquitate: supbientes et co-
tempnantes tamquam hominem autem
domine. **Q**uia magna multitudo dulcedo-
rum tuarum. **E**xclamet hinc propheta illi
reuerberet et miras. quoniam multas me-
dis copiosa est dulcedo tua domine.
Quia abscondisti timorem tuum.
Etiam eos quos emendas multum amant:
sed ne dissoluta securitate negli-
gentius agant. abscondis ab eis
dulcedinem amoris tui: quibus vultus
est timere te. **P**erfecisti spiritum tuum
in te. **P**erfecisti autem hanc dulcedinem spe-
rantibus in te. **N**o enim subtrahis
eis. quod usque in finem perseveranter ex-
spectat. **I**n conspectu filiorum hominum
no enim latet filios hominum iam no-
scimus secundum adam s. secundum filium hominum
ueteres. **A**bscondes eos in abscondito
vultus tui. **Q**uia sede in speculato
serues in abscondito noticie tue: spe-
rantibus in te. **A**ccurbario huius
munda: ut iam nulla humana...

mus nos esse seruos. et non ingrati
ei a quo accepimus. altiora. propter eos
qui infirmi sunt non contempnerem. in
feriora. et temperarem. nobis eis qui non
possunt nobiscum videre sublimia. **H.**
ergo ait. siue mente excessimus deo.
Ille enim videt quod videmus in mentis
excessu. ille solus reuelat secreta
sua. quippe ille hoc loquitur qui se
dicit abreptum esse et ablatum in ter
ram celum. et audisse ineffabilia verba
quae non licet homini loqui. **T**antum autem
fuit ille mentis excessus ut dicitur.
siue in corpore siue extra corpus
nescio. deus scit. **E**rgo si hunc ex
cessum mentis. id est. hanc extasi signi
ficat titulum psalmi huius. mag
na profecto et alta quodam spere de
bem. dicitur enim qui tradidit psal
mum id est. prophetam. imo vero per prophetam
spiritum sanctum. **S**i vero hanc extasi pa
uor intelligendus est. neque huius signi
ficationi verbi deerit huius psal
mi contextus. **V**idet enim de passioe
locutus esse. in qua pauor est. **S**i
autem pauor. verum christi quod dicit in fi
ne. et intelleximus. fine christum. an for
te noster pauor. **N**umquid ei possu
mus pauore bene intelligere in christo
appropinquate passioe. qui propterea ve
nerat. cum venisset ad quod veniat.
Numquid pauebat moriturus. **S**i pro
fus ita homo esset ut non deus esset. ma
gis gauderet resurrecturus. quam pa
ueret moriturus. **V**erutamen quia
dignatus est assumere forma serui.
et in ea nos vestiri se. qui non est
dedignatus assumere nos in se. non
est dedignatus transfigurare nos in se.
et loqui verbis nostris. ut et nos lo
quere verbis ipsius. **H**ec est mira

comutatio facta est. et diuina super
acta commercia. mutatio rerum cele
brata in hoc mundo a negotiatioe
celi. **V**enit accipere totum melius
dare honores. **V**enit haurire dolorem
dare salutem. **V**enit subire mortem. da
re vitam. **M**oriturus ergo. ex eo quod non
tunc habebat. non in se sed in nobis pa
uebat. quod et hoc dicitur. triste esse a
nimam suam usque ad mortem. et vitam
nobis omnis tunc illo. **N**am sine illo
nobis nihil. in illo autem ipse christus. non
Quare. **Q**uia totus christus. caput et corpus
pub. **C**aput ille saluator corporis
qui iam ascendit in celum. corpus autem
ecclesia que laborat in terra. **H**oc autem cor
pus non conuersione caritatis ad heredes
capiti suo. ut unum fieret. ex capite
et corpore. non de celo quem dicit psal
tore corripies dicitur. **S**auile saule
quod me persequis. **Q**uia cum iam in celo se
dente nullus homo tangebatur. quomodo
enim saulus in terra seruens aduersus
christianos. aliquando iniuria percelleret.
Non autem. quod seruos meos quod seruos meos
sed quod me persequis. hoc est quod meum mor
Caput per mebris clamabat. et me
bra in se caput transfigurabat. **U**
t enim naque pedis suscipit lingua. qui
forte in turba contritus pedes dolens.
et clamat lingua calcas me. **N**on
autem calcas pede meum. sed se dicit
calcari quam nemo tetigit. **S**i pedes
qui calcatus est. a lingua non separatus
est. **E**rgo etiam sic non incongrue me
ligit extasis pauor. **Q**uia enim dicitur
fies. **S**i nullo omnino pauore esse
passurus. dicitur ipsi petro quod dicit
dominus per dicit futuram suam passionem.
cum esses iunior agebas te et ibat

quo volebas? in aut senior factus
fuit alter te tiget et feret quo tu
no vis? Hoc aut inqt dicit. sig
nificans quam morte moriet. Ergo
petrus apls tanta pfectioe ducet
no nollet vt volens nolens mor
tali coronat? e. qd mir
e. s. volens coronat? e. qd mir
e. aliq's pauor i passioe etia us
q' ea sciz. Pauor e ex huana
firmitate: spes ex diuina pmis
sioe. Qd pauor tuu e. qd speras
vnu dei e in te: et melius i pa
uore tuo agnoscas te. ut i libeati
one tu agnosca fices qui te fecit.
Pauor huana ifirmitas: no in
pauore deficit diuina miseria.
Pauor q' pauens iste inde cepit.
Pauor q' et sperat? in
deus q' pauor iste no e sine spe:
si e aliq' in huano corde. etur
no recedat diuina solatio.
loquitur g' hic xps in ppheta: aude
vnu corpus loquit. Dicitur e qda
in hoc psalmo q' quasi xpo vide
re no posse congruere. illi extel
lone capitis nri. maxie q' illi v
no qd in pncipio erat deus apud
patres: nec ei forme secui fortasse
debuit? qda hic verba congruere.
q' forma suscepit ex virgine: et
pauor xps loquit. q' in mebris xpi
Et ut nouitis q' vnu di xps
caput et corpus suu: ipe dicit tu
vnu. Igit ia no duo: s. vna ca
pita. forte hoc dicat de q'cuq' co
pulo. Audi aplm paulu. Et erut
vnu inqt in carne vna. Saime
tu hoc magnu e: ego aut duo in
xpo et in ecclia. sicut g' taqm ex

duob; vna qdam psona ex capite et
corpe: et sponso et sponsa. Na vni
tate psonae hui' mira et excellere
comendat etia ysaias ppheta. Na
loques etia in eo xps i ppheta a
it. sicut sponso alligauit in mu
tra: et sicut sponsa ornauit me
ornamento. De dicit sponso: se spon
sa. Qre se sponso: se sponsa? n' q'
duo in carne vna: Si duo i carne
vna: cur no duo in voce vna: loq'
tur g' xps. q' in xpo loquitur ecclia.
et in ecclia loquitur xps: et corp' in
capite. et caput i corpore. Audi
aplm hoc ipm euidentis expme
te. Dicitur eni e vnu corpus et me
bra habet multa. oia aut mebr'
corpis cu sint multa vnu e corp':
sic et xps. loques de mebris xpi
hoc e de fidelib; no aut sic et me
bra xpi: sed totu hoc qd dicit. xpm
appellauit. Dicitur eni est corpus
vnu et mebra habet mltia. oia aut
mebra corpus cu sint multa vnu e
corpus: sicut et xps mebra mltia. v
nu corpus. Ego siml' om's nos cu
capite nro xpo: sine capite nro nich
il valentes. Quare? Quia nos cu
capite nro vitis. sine capite nro qd
absit sarmeta pscisa no alicui op'i
agricolaru s' igni tantumno destina
ta. Ideoq' et ipe in euangelio. ego su
vitis. vos estis palmites. p' meus a
gricola e: et sine me inqt nichil po
testis face. Dne si sine te nichil: to
tu in te. Etenim quicqd ille opatur
p nos: nos videm' opari. Potest ille
multu et totu sine nobis: nos nich
il sine ipso. Ergo i quatuq' extasi
loquitur: sive pauore sive excessu
metis congruit q' dicit. Quamuis

in xpi corpore. dicam omnes quasi vnus
quod omnis vnitas: dicam. in te dñe
spau non confundar ietnu. Illa igit
confusio est phorresco: quod est metnu.
Nam est quedam confusio tpalis vtilis.
purbatio animi respectu peccati sua
repetitione horretis. honore erubescit
tis: erubescit a corrigetis. **V**n dicit
et aplos. **Q**ua enim glam habuistis
tunc in his in quibus nunc erubescitis?
Ergo erubescite illos dicit iam fideles?
non de presentibus donis: sed de pteritis
peccatis. **H**anc confusione non formidat
xpianus: imo si hanc non habuerit.
eterna habebit. **Q**ue est etna confu
sio? **Q**uñ fiet illud quod dictu est. et tra
ducet eos ex aduerso iniquitates eorum:
et fit traductilis ex aduerso iniquitati
bus omnis grex malus ad sinistra.
taquam hedis ab omnibus sepeatis. et au
dient. **I**te in igne eternu qui patius
est dyabolo et angelis eius. **Q**ue
runt quare. **E**suriu enim et non de
distis in manducare. **C**ontempnebat
tunc quoniam esurieti xpo non dabat abui.
quoniam sitienti non dabat potu. quoniam nudu
non vestiebat: pegrinu non suscipie
bat. egrotante non visitabat. **T**unc
contempnebat: cum reperit ista illis e
narrari confundent: et hoc confusio
in eternu erit. **H**anc times iste qui
pauet. vltim ad deu est metus exces
sus: hoc rogat. **I**n te dñe spau non
confundar ietnu. **I**n tua iusticia
erue me et erime me. **N**asi attedas
ad iusticia mea: dapnas me. **I**n tu
a iusticia me erue. **E**st et iusticia
dei: quod et nra fit tu donat nobis. **I**deo
autem dei iusticia dicit: ne homo sese
putet a seipso habere iusticia. **S**ic
enim dicit aplos paulus. **T**redenti

meu qui iustificat ipu. **Q**uod est
qui iustificat impu. **Q**ui et in
pio facit iustu. **D**eputat fides ad
ad iusticia. **I**udei vero quod suis vniuersis
seputabant imple posse iusticia.
offenderunt in lapide offensio et
petra scandali: et gram xpi non ag
nouerunt. **A**cceperunt enim lege quod
rent rei: non qua liberarentur a con
tu. **D**enique quod de illis aplos dicit.
Testimoniu enim phibeo illis quod scilicet
dei habent: sed non secundum scientia
dei sed non secundum scientia dei habent.
Quod est quod dicit zelu dei habent
non secundum scientia. **I**gnorantes enim
dei iusticia et sua volentes con
tue: iusticie dei non sunt subiecti.
Sig: ideo non secundum scientia
dei habent. quod ignorat iusticia
et voluit sua statuere. quod se ex se
iustificat: ideo gratia dei non cog
nouerunt. quod gratis saluari volu
erunt. **Q**uis est qui saluat gratia
In quo non inuenit saluator quod
net sed quod dapnet: non inuenit
rita bonoru. sed inuenit merita
phioz. **S**i agat taquam veritate
ex regula legis pposita: dapnas
est peccator. **H**ac regula si ager: quod
liberaret. **O**ms enim peccatores in
solus sine peccato venit. quod non ob peccato
tuenit. **H**oc aut aplos: omnes qui
tauerunt et egent gla dei. **Q**uod
egent gla dei. **V**t ipse libet: non
Quia tu te liberae non potes: sed
ges liberatore. **Q**uod est quod de te in
Quod est quod de lege et iusticia confu
mis: **N**o vides quod itus confu
gat in te de te adusus te: **N**o au
dis pugnantem et confitentem: **E**t ad
intoru in pugna desiderantem.

Non audis athleta dñi ab agonithe
ta petente adiutor in pugne sue?
Non enim sic te spectat deus certante:
quomodo te spectat editor si forte pug
nes in amphiteatro. Ille tibi pmiu da
te potest si viceris: adiunae te pich
tante non potest. Non sic spectat ds.
Vide g^o attende cu q dicit. to delector
aut legi dei scdm intiore hoiem: vnde
aut alia lege in mebris meis ipug
nante legi metis mee. et captiuu
me ducente in lege pccati q est i me
bris meis. Miser ego ho. qd me li
berabit de torpe mortis huius? Gra
tia xpm dñm nrm. Qre gra.
Quia gratis dat. Qre gratis dat.
Camerata tua no pcesserunt: s be
neficia dei te puenerunt. Illi ergo
glia: q nos liberat. Oms ei peccare
nt: et regent glia dei. In te g^o dñe
spau no in me: no cofundat iet
na q in eo spero qui no cofundit.
In tua iusticia erue me et exime me.
Quo no iuenisti i me iusticia mea
erue me i tua? hoc e illud me eru
at qd iustificat me. qd ex impio
pu facit. qd ex iquo iustu. qd ex
reco vidente. qd ex cadente surge
te: qd ex fiente gaudente. H me
liberat no ego. In tua iusticia e
me me et exime me. Inclina ad
me aure tua. fecit hoc ds. qndo
xpm ad nos misit. Illu ad
nos misit qui inclinato capite di
gitoscribebat in tra: qn ei adul
tera mulier offerebat punieda.
Ille aut inclinauit se ad tra: idz
deus ad hoiem cui dictu e. tra es
et in tra ibis. Non eni quasi cor
palibz loqis deus ad nos inclinat
aure sua: aut mebris istis corpo

reus determinatis finitus e. Omnia
nichil horu cogitent huana fatas
mata: veritas e deus. Veritas nec
qora est nec cotuda: n. longa. Vbi
q psens e: si cordis oculus ad ea
pateat. Inclinat tñ aure sua ad
nos deus: misericordia depones su
p ranos. Que maior misericordia qm
ut vnicu suu daret nobis: no vi
ue nobiscu. s mori p nobis. Incli
na ad me aure tua. Accelera ut
eximas me. Exaudit eni in hoc cu
dicit accelera. Ad hoc ei positu ver
bu e: ut hoc totu qd nobis videt
quidm voluit scdm itelligas put
tu esse. No est diu: qd habz extmu.
Ab adam vsq ad hodiernu die p
actu e: et multo utiqz plus pactu
e qm restat pagendu. Si adhuc
vuiet adam et hodie moretur: qd
ei pdesset tadu esse. tadu vixisse.
Ergo celeritas hec qre? Quia tñs
uolant tepora: et qd tibi tardu
e. in oculis dei breue e. Ia hanc
celeritate iste itellexerat. i ex
tasi. Accelera ut eximas me.
Esto in in deū ptecore: et i do
nu refugy vt saluu me facias.
Domus refugy tuū esto ds: p
tecore. domus refugy. Aliqn eni
pichitor: et volo fugere. Quo fu
gio? Ad que locu tutus fugio?
Ad que monte? ad qua spelunca?
Ad q tecta munita? Quia arte te
nea? Quibz muris abiar? Q?
cuqiero: sequor me. Qicqd em
vis potes fuge ho: pter consciam
tua. Intra domu tua. requiesce
in lecto tuo: itra i intioza. iteri
us habere nichil potes. Q? fu
gies a conscia tua. si rodut te

peccata tua. Quia vobis dicit. accelera ut
eximias me. et in tua iusticia erue me.
ut dimittas peccata mea. et edifices in
me iusticia tua. tu in eris domus
fugy. ad te confugio. **N**am a te quo
fugiam? Irascit tibi deus. quo fugis.
Audi quod dicit in alio psalmo. times
ira dei? quo ibo a spiritu tuo. et quo a
facie tua fugiam? Si ascendero in celum
tu ibi es. si descendero in infernum ades.
Quovis iero ibi te inveni. et si
irasceris ultorem te inuenio: si placatus
es adiutorem. **N**ihil in ergo restat
nisi ad te fuge. non a te. **U**t euadas
hominem dominum quicumque seruus es. fu-
gis in ea loca ubi non est dominus tuus:
ut euadas deum fuge ad dominum. **N**am
non est quo fugias deum. **P**resto sunt
omnia. et nuda omnipotentis oculis. Tu
ergo inquit esto domus refugii. **N**am
si saluus non fuero? quomodo fugio?
Sana me et fugio ad te. **N**am si
me non sanas a bulae non possis?
fuge quomodo potero? **Q**uo uet quod
fugiet si a bulae non posset semiu-
uus in via. sauciatus uulneribus
latronum. **Q**ue tuisiens sacerdos
preterit. tuisiens leuita preterit. tui-
sienis samaritanus miseratus est.
id est ipse dominus qui miseratus est genus
humanum. **S**amarites enim custodes im-
pretat. **E**t quibus nos custodit si ille
deserit? **M**erito cum iudei conu-
antes dicent. nonne uerum dicimus?
quod samaritanus es et demonium ha-
bes. unum respuit: alterum aplexus
est. **E**go inquit demonium non habeo.
Non dicit. non sum samaritanus. sic in-
telligi uolens nomen se esse custodem.
miseratus ergo accessit. curauit.
ad stabulum perduxit: impleuit arca

cum misericordiam. **I**lle iam potest ambu-
lare: potest et fugere. **Q**uo fugiet in-
ad deum? ubi fecit sibi domum in fugio.
Quia fortitudo et in fugio meum es
tu: et propter nomen tuum dux in eris
enutries me. **N**on propter meritum meum
sed propter nomen tuum ut tu glorificeris.
non quod ego dignus sum. dux in eris ne
aberrare a te: et enutries me ut ual-
dubis sim ad manducanda esca quae pascat
angelos. **H**ic est lacte nobis nutritur.
qui nobis celestem cibum promissit. et u-
sus est materna misericordia. **S**icut enim
mater lactans eadem esca tu sumus
de ydoneus infans non est. patrem tuum
uit et lac infundit. hoc accipit paulus
quod acceptum erat ad mensam. sic
carne trauit congruit paulo. sic
dominus sapientiam suam ut lac nobis fa-
ret carne indutus uenit ad nos. **E**t
ergo corpus christi loquitur enutries me.
Et educes me de muscipula. **I**sta
quam occultauerunt mihi. **I**n passio
miserat. educes me de muscipula
ista quam occultauerunt mihi. **I**n
illa passio est qua passus est dominus
ihesus christus. **M**uscipula sua dicitur
tetendit usque in finem: et re illi qui
in illa muscipula cadit. **C**adit
autem omnis qui non sperat in deo: qui
non dicit in te domine speraui non offende-
retur: et in tua iusticia erue me
et erime me. **E**xtenta est et passio
muscipula iumentum. **P**osuit in mus-
cipula errore et terrore: errore
quo illicitat. terrore quo frangit
et rapiat. **T**u claudere ianuam
ditatis contra errore: tu claudere
ianuam timoris contra terrore: et
duceris de muscipula. **H**ic in
pugne exemplum ipse tibi impator

Qui sibi hoc dicit: patē sibi pmit-
tit. Qui sibi patē pmittit: securus
inadit. Totū g^o corpus xpi dicit.
educeb me de muscipula ista qua
occultauerūt in? qz eductū est et
caput nr̄m de muscipula qua ab-
sconderāt illi quibz mō dicebat
in euāgelio. qz dicturi erāt. hic
ē heres. uenite occidam⁹ eū et nūa
erit hēditas: et i se sententiā dixe-
rūt inuogati. Qd faciet ille p^o
familias colonis malis: Malos
male p^odet: et uinea sua locabit
alijs agricolis. Qd et illud. nō le-
gisti. lapidē quē rep^obauerūt e-
dificātes hic factus ē in caput
āguli: Qd est enī rep^obauerūt
edificātes: Hoc aut eiecerūt ext^o
uinea et occiderūt. Ergo erūt⁹ ē
et ille: caput nr̄m suū ē liberū
ē. Heream⁹ illi p^odilectionē. ut
melius postea cong^otulem⁹ ei p^o
imortalitatē: et dicam⁹ om̄s. e-
duces me de muscipula ista qua
occultauerūt in? Qui tu es p^o
teitor meus. Audiam⁹ uocē dñi
qua dicit i^o cruce. In man⁹ tu
as cōmēdo sp̄m meū. Certe tū
vba ei⁹ i euāgelio de isto psalmo
cognoscim⁹: ipm̄ hic locutū fuis-
se nō dubitem⁹. Habes hoc i e-
uāgelio dictū. i man⁹ tuas cō-
mēdo sp̄m meū: et iclinato ca-
pite reddidit sp̄m. Nō sine causa
uoluit vba hui⁹ psalmi sua eē:
n̄ ut te amonet se locutū eē in
hoc psalmo. Ipsū ipsū hic qre:
cogita qmō in illo psalmo se qre
uoluit p^o susceptioē matutina.
Foderūt man⁹ meas et pedes me-
os: dinumerauerūt oīa ossa mea.

uis qui ppter te etiā teptari dig-
natus ē in se demōstrauit. Et p^o
mo teptatus ē illecebris. qz tept-
tata ē in illo ianua cupiditatis.
qn̄ eū teptauit diabolus dicens. dic
lapidibz istis ut panes fiat: ad
ora me et dabo tibi regna ista: mit-
te te deorsū. qz septū ē. qz angelus
suis madauit de te ut i manib⁹
tollant te. ne qn̄ offendas ad la-
pide pedē tuū. Omnia hec p illece-
bra cupiditate teptat. At ubi clau-
sa ianua iuenit cupiditatis i eo
qui teptabat p nobis: conuertit se
ad teptandā ianua timoris. et ipa-
uuit illi passione. Deniqz h^o dicit
magelista: et cōsumata teptatione.
diabolus recessit ab eo ad teptan-
dū tempus: Cāqm̄ reditur⁹ et tepta-
tur ianua timoris: qz clausa iue-
nit ianua cupiditatis. Totū g^o cor-
pus xpi teptat usqz in fine. fr̄es
mei qn̄ iussū ē nescio qd cont^o xpi
nos mali: simul ipingebat i h^o
corpus. totū ipingebat. Vñ dicitū
ē in psalmo. Cāqm̄ amul⁹ a uene-
maris ipulsus su ut cadere: et dñs
suscepit me. At ubi finita st illa q
totū corpus ipingebat ut cadet:
teptatio eē p partes. Tepta-
tur corpus xpi: una ecclia nō patit⁹
teptationē alia patit. Nō patit⁹
furore impatoris: et patit⁹ furore
mali ppli. Quāte vastatioes a
plebibus: Quāte mala igesta sūt
ecclie a malis xpianis. ab eis qui
capti sūt in illo retiaculo: Cā mul-
tiplicati sūt ut pmeret naues pis-
catione illa dñi ante passione. Nō
desūt pssure teptationis. Nemo
liber dicit. nō est tempus teptationis.

Ipsi non considerauerunt et conspexerunt
me: diuiserunt sibi vestimenta mea.
et super veste mea miserunt sorte. Ut
te ammonet in se habere completum: in voce
sua posuit caput ipsius psalmi. De
us deus meus: ut quod me deliquisti.
Et tamen voce corporis in se transfigurauit.
Non enim unum suum pro aliquo deliquit.
Redemisti me domine deus veritatis: fa
ciens quod promissisti. non fallens in pol
licitatione tua deus veritatis. **O**disti
obseruantes vanitatem superuacue.
Qui obseruat vanitatem: **Q**ui time
do moritur. **T**imedo enim mori metitur:
et moritur antequam moriatur. qui ideo
metiebatur ut uiuere. **M**etiri uisne
moriaris. et metiris et morieris:
et cum uitas unam mortem quam differre
potis. auferre non potis. iades in
duas: ut ipse moriatis in aia. postea
in corpore moriatis. **V**n hoc non obser
uando vanitatem: **Q**uia dulcis est ti
tulusiens dies: quia dulcia sunt tibi uolun
ta tepora unum nihil tenes. et in super
tuteneris. **O**disti obseruantes va
nitatem superuacue. **E**go autem qui non
obseruo vanitatem in domino speraui.
Speraui in pecunia. obseruas vani
tatem: **S**peraui in honore et sublimitate
aliqua potestatis humane obseruas
vanitatem: **S**pas in aliquo amico pote
te. obseruas vanitatem. **I**n his omnibus
cum speras. tu expiras et ea hic di
mittis: aut cum unius omnia pereunt.
et in spe tua deficis. **H**ac vanitatem
comedat ysaias dices. omnis caro fenu:
et omnis gloria eius quasi flos fenu. **A**ruit
fenu et flos eius decidit: **U**bi autem
domini manet ieternum. **E**go autem non quod
modo illi qui sperant in vanitates.
et qui obseruant vanitates: sed
in domino speraui quia non est vanitas.

Exultabo et iocundabor in tua
mia: non in mea iustitia. **Q**uia
repperisti humilitate mea. **S**alua
fecisti de natiuitate aiam meam:
neque condusisti me in manus inimicorum.
Questi natiuitates. unum salua uolu
m fieri aiam meam: **Q**uis habes e
numeret: **Q**ui digne exaggetet.
Qui cognoue uitas fugiendas quia
medet: **P**rimo in genere humano di
ra natiuitas. nescire cor alius. ma
le sentire plerumque de amico fidelis.
bene sentire plerumque de amico infidelis.
Odura natiuitas. **E**t quod facis
ut corda inspiras: **Q**ue oculum
affectus infirma et plangeda mor
talitas: **E**t quod facis ut uideas quod fa
die cor frater tui: **N**on habes nec in
tias. **A**lia maior natiuitas: nec in
uides quale erit ans. **E**t in dia dicitur
natiuitate ipsi mortalitatis: **A**nt
necesse est: nemo uult quod est uel
nolis. **D**ura natiuitas. nolle quod non
potest euitari. **N**isi si fieri posset.
nollem utique mori. et effia quod
angeli uellem: **S**i commutatio
da non morte sicut dicit aplos. **E**t
figuratione habemur ex deo domini
manufactura eterna in celis. **E**t
in hoc igemiscam habitaculum
nunc quod de celo est superindui nupie
tes: si tamen iduti et non nudi iuen
am. **E**tenim qui sum in hac habi
tatione igemiscam grauati. in quo
nolum expoliari sed superestur: ut
absorbeat mortale a uita. **N**olum
in puerire ad regnum dei sed pro morte
uenies. **H**ac uenire dubitas homo
cum hac ad te uenit deus: **Q**ue
sub eam natiuitates uicendam

iustissimam cupiditatem et anosam
 malaram consuetudinem. Vincte consue
 tudine dura pugna nosti. Vides
 quomodo male facias. quomodo detestabiliter
 quomodo infeliciter. et factus tu. fecisti heri:
 factus es hodie. Sic tibi displicet
 quomodo disputo? quomodo displicet tibi cum co
 pias? Et tu factus es hoc. Unde
 quomodo? Ob te captiuum trahit?
 in illa lex in mebris tuis repugnans
 legimetas tue? Clama ergo infelix
 quomodo? quomodo me liberabit de corpore
 mortis huius? Gratia dei per ihesum christum
 dominum: et implet in te quod modo dixi
 mihi. Ego autem in domino spau. exulta
 bo et iocundabor in tua misericordia: quia res
 posuisti humilitate mea. salua fecis
 me de nauitatibus animae meae. Unde
 facta est salua de nauitatibus animae
 meae? in qua respecta est humilitas tua:
 in qua humiliaueris: non te erandi
 et qui te a nauitatibus liberaret.
 humiliatus est qui dicit. Infelix ego
 quomodo? quis me liberabit de corpore
 mortis huius? Non sunt humiliati qui
 ignorantes dei iustitiam et suam vole
 res contumaciter: iustitiae dei non sunt
 subiecti. Nec contumaxisti me in man
 u tua. non viani tu. non contumaxisti
 me in manu tua. non eius tui quo militasti.
 contumaxisti. aut forte in tua ciuita
 te contumaxisti ei fecisti. Isti et tales sunt:
 pro quibus orare debemus. Alium habe
 mus inimicum diabolum. serpente an
 tam. Omnes morietes si bene mo
 ram: ab eius manibus liberamur.
 Quia ergo enim male moriuntur in sub
 iugum tui. in eius manibus conclu
 ditur: ut tui illo in fine dampnentur.
 liberat ergo nos dominus deus noster de ma
 nu animae nostrae. Ille enim nos per au

piditates nostras vult capere. Cupidi
 tates autem nostrae valide quando sunt. et re
 is qui seruum nauitates vocat. Li
 berate autem deo animam nostram de naui
 tatibus nostris? quod erit quod in nobis te
 neat inimicus ut concludamur in ma
 nus eius? Statuisti in loco spau
oso pedes meos. Certe angusta via
 est: laborati angusta est. angustiata
 est. Eadem que angusta est. lata fit. In
 spauoso dicit posuisti pedes meos:
 ne angustiati pedes mei irent in se.
 et iturrendo in se deiceret me. Ergo
 quod ait posuisti in spauoso pedes me
 os. plane fecisti in facile iustitiam que
 inerat aliquando difficilis: hoc est posu
 isti in spauoso pedes meos. ad se
 re mei donec quomodo tabulor? conturba
 tus est in ira oculus meus anima mea et
 veter meus: quomodo defecit in dolore
 vita mea et animi mei in gemitibus.
 Sufficiat caritati vestre: adiuuante
 domino fortassis implebimus debitum.
 ut et psalmo pacto proficiamus.
Ephat hmo p m? Incip. sedis de
reliqua sine ei de psi.
Ad reliqua sine ei de psi.
 psalmi nostra reuertat in
 tentio. et nos ipsos agnos
 camus in verbis prophete: quomodo si nos
 spererimus in tempore tribulationis.
 gaudebimus in tempore retributionis.
 Comendaueram caritati vestre tui pri
 mas partes huius psalmi exponere
 quod ipse loquebatur. et quomodo sit accipi
 edus christus totus tui capite et cor
 pe non taueram: testionibus enim scrip
 turarum quantum in videt satis ydoneis
 luculentis que firmaueram. ita ut
 oino dubitari non possit. christum esse
 caput et corpus. sponsu et spon
 sa. filiu dei et ecclesiam. filiu dei fac

tu filium hominis propter nos. ut filios hominum
faceret filios dei: atque ita essent duo
in carne una in sacramento magno. quod
agnoscitur in prophetis duo in voce
una. Gratulatio superius expressa est
in ipso dicitur. respexisti humilitatem
meam. salutem fecisti de necessitatibus animarum
meam. nec contulisti me in manus inimici.
statuisti in spatio pedes meos.
Gratulatio est liberati hominis a tribulatione:
liberatorum membrorum christi ab
afflictione et infirmitate. Et rursus dicit.
Miserere mei domine quoniam tribulor. In tribulatione
vix agustia est. Quomodo
ergo posuisti in spatio pedes meos?
Si adhuc tribulor: quomodo in spatio
sunt pedes? In forte una quidem vox est.
quod unum quidem corpus: sed in aliquibus
membris spatium sentitur. in aliquibus
angustia: id est alii sentiunt facultatem
iustitie. alii laborant in tribulatione.
Nisi non alia membra illud. alia il-
lud pateretur. non dicit apostolus. si pa-
tuit unum membrum. compatuntur omnia
membra: et si glorificat unum membrum
congaudet omnia membra. Aliqua ecclesie
ubi gratia pace habet: aliqua in tribu-
latione sunt. In istis que pace habet
in spatio sunt pedes: ille que in tri-
bulatione sunt angustias patiuntur.
Sed et istos contristat illorum tribula-
tio: et illos pax istorum consolatur.
Sic est enim unum corpus ut non sit dis-
cussio: non autem facit discussio in
dissensio. Caritas autem compage fa-
cit. compages complectitur unitatem:
unitas servat caritatem. caritas pro-
venit ad claritatem. Dicit ergo ex qua
bus omnia membris. **Miserere mei domine
quoniam tribulor.** Conturbatus est
in ira oculis meis. anima et veter

meus. **Querimus** unum sit ista tribulatio
quoniam liberatus paulo an gaudere vide-
bat. iusticia quadam infusa sibi lau-
ditur dono dei: et in facto spatio pedum
vix suis in latitudine caritatis. Unde
ergo ista erant tribulatio: non foret
illo quod dominus dicit. quoniam abundavit in
caritas refrigeret caritas multorum
Primo enim commendata paucitate scilicet
tamquam missis retibus multiplicata est ec-
clesia. et capti sunt innumerabiles de quibus
predictum erat. annunciamus et locutus sum
multiplicati sunt super numerum: qui cum
navigia premerent et retia ruperunt
sicut est positum in illa prima psalterio
an passione domini. Ex his ergo multum
diminuitur exaggeratis quibus per passio-
nem reficiuntur ecclesie ut turbas ipsas
parietum reatet angustia: quomodo autem
non tribulet iste de hac multitudine
quoniam videt ipsos implere theatra et aphe-
teatra. qui paulo an ecclesias implere
tunt: ipsos in nequitibus qui paulo an
in laudibus dei: ipsos blasphemant
deum qui respondere debent amen deo.
Remaneat. duret. non deficiat: cum
in multitudine copiosa iniquorum
quod nec granum deficiat in multitudine
palearum. quousque post venturam
one mittat in horreum. et ibi sit in
societate sanctorum. ne turbuletur aliquis
pulvis patiat. **Duret ergo** quod per dominum
audiuiss. quoniam abundavit iniquitas
refrigeret caritas multorum: ne peni-
tata ista abundantia iniquitatis
labaret nutarentque pedes neri. et
tinuos sbiecat quod fideles erigat. quod
consolaret atque firmaret dicent.
qui perseveravit usque in fine. hic
salvus erit. Attendo itaque quod istum quoniam
tuum videtur in hac tribulatione

ostentat: quoniam de positus in tribu-
latione quasi dolere debet. tribulatio
in dolore habet congruam: irascitur
dicit in tribulatione et ait. Misere-
re me domine quoniam tribulor: conturbatus
est in ira oculus meus. Si tribu-
laris: quare irascaris? Irascatur is-
tae ueniens. Quis non irascatur
videns homines confidentes ore deum. ne-
gantes moribus? Quis non irascatur videns
homines solo uerbis et non factis ueni-
entes? Quis est qui non irascatur. videns
fides infidiantes fratribus? fides non seruauit
res osculo quod non infingit in facimen-
tis dei? Et quis enumerat omnia quibus
irascatur corpus christi. quod itus uiuit in
spiritu christi? quod gemit tamquam granum in
paleas? Dixit enim apparet isti qui sic
gemit qui sic irascatur: quomodo uix ap-
paret grana quoniam area trituratur.
Quis irascatur quate spicem misse sint
putat totum paleam esse: et ex hoc quod
solum palea putat. in magna mas-
sa purgabit. In his ergo non appare-
tibz et gemitibus irascatur qui dicit
alio loco. zelus domus tue comedit
me. Dicit et alibi quoniam quidem uidet
multos mala facientes: tedium deti-
nit me a peccatoribus reliquetibus
legem tuam. Dicit et alio loco. uidi
sensatos et tabescebam. Hec autem
iram et uideam: ne tanta sit ut in
odiu uertat. Ira enim non odium.
Non irascaris filio et non odisti filium?
a seruas hereditate que te sentit ira-
m: et ad hoc irascaris ne perdat quod
pauis. Ergo ira non est odium. non odium
dicit eos quibus irascam: sed ista
ira si manserit et non cito euulsa fu-
erit. crescet et fit odium. Ideo ut re-

rens ira euelleret. et in odium non
conuertetur: hoc nos docet scriptura
dicens. non occidat sol super iram tuam
domine. Inuenis autem aliquam fra-
trem odio habentem et reprehendit i-
rascens: in illo est odium. et in alio
culpatur ira. Ipse habet iram in o-
culo suo: et reprehendit festucam in
oculo fructus sui. Sed festuca ista et
surculus non cito euellatur: trabes
futa est. Ergo non ait extinctus est
oculus meus pro ira. sed turbatus. Nam
et si extinguitur: ira odium est non ira. Et
uide quod extinctus est. Hinc ait iohannes.
Qui odit fratrem suum: in tenebris est
usque adhuc. Antequam ergo eat in tene-
bris: conturbatus oculus in ira. Sed ca-
uedum est ne ira uertatur in odium: et o-
culus extinguitur. Hoc autem animadu-
erunt ueritas qui in pace hoc est in
christo qui pacem dei comendauit. uoca-
tus est. et in tuam nativitate summa pau-
perum angelum nuntiata est hominibus. si palam
pauca uel magna causa in odium per-
perit: nulla societate cum pace habet.
christo habet potestatem. non per dignam op-
emendationem penitentiae. Sequitur
ergo iste et dicit. Turbatus est pro ira
oculus meus. anima mea et uenter meus:
hoc est. turbata sunt interiora mea. Ven-
tre per interioribus posuit. Aliquam enim in-
quies et peruersis et a lege deuiantibus
et male uiuentibus irasci licet: cla-
mare non licet. Cum irascamur et cla-
mare non possumus: interiora nostra tur-
bantur. Tanta enim aliquando peruersitas:
ut nec corrigi possit. Omnia defecit
in dolore uita mea: et animi mei in
gemitibus. Defecit inquit in dolore
uita mea. Dicit apostolus. nunc uiuimus
si uos statis in domino. Quicunque perfecti

sunt ex euangelio et gratia dei: non hic ui-
uunt nisi propter alios. Nam uita eorum
in hoc seculo eis iam non est necessaria. Sed quia
dispensatio eorum aliis necessaria est: fit
in eis quod ait idem apostolus. concupiscentia
habens dissolui et esse cum christo.
multo enim magis optimus manere
aut in carne necesse propter uos. Quia
autem uidet homo ex dispositione sua. ex
laboribus suis. ex predicatione sua non
proficere hominibus: infirmat in egestate
uita hominis. De miserabilis egestas
et fames: quinquidam eos quos domino lucrum
muru quodammodo manducat ecclesia.
Quod est manducat: In corpus suum tran-
siat. Quod enim manducam: in cor-
pus meum transiit. Hoc autem ecclesia
pro sanctis. Esurit quos lucrari uult: et
quos lucrata fuit aliquando. manducat
quodammodo. Cuius personam gerebat pe-
trus. quoniam ei de celo submissus est discus
plenus omnibus animalibus: quod de uerpibus.
reptilibus et uolatilibus: quibus ge-
neribus omnes gentes significant.
Figurabat dominus ecclesiam quod omnes
gentes erat transiura et in cor-
pus suum conuersura: et ait petro.
macta et manduca. De ecclesia hoc est
petre. quia super hanc petram edificabo ec-
clesiam meam. macta et manduca. P-
us macta: et sic manduca. Et de
quod sunt: et fac quod es. Cuius predicat
euangelium et uidet qui predicat non
proficere hominibus: quare non clamat: quoniam
defecit in dolore uita mea et animi
mei in gemitibus. **I**nfirmatus est
in egestate vigor meus: et ossa mea
a conturbata sunt. **A**nni nostri isti quos
hic dicitur: in gemitibus sunt. **U**nde.
Quia abundauit inquietas: refra-
gescet caritas multorum. **I**n gemitibus

bus. non in clavis uerbis. **Q**uoniam uidero
dicit multos in uerba suorum: gemitus
os deuorat apud se. ut dicitur deo.
gemitus meus non est absconditus a te.
In alio psalmo dicitur: cognouit hunc
et hoc est dicitur. gemitus meus et si abscon-
ditus est ab hominibus. a te non est abscon-
ditus. **I**nfirmatus est in egestate uigor
meus: et ossa mea conturbata sunt.
De hac egestate supra dicitur.
Ossa uos fortes intelligit ecclesia: quia
etiam si non conturbatur per seculum
alienorum. conturbatur in uiginti
fratrum. **S**uper omnibus inimicos meos
factus sum obprobrium. et uicinis meis
inimicus: et timor notis meis. **S**uper
omnes inimicos meos factus sum obpro-
brium. **Q**ui sunt inimici ecclesie: Paganus
iudeus: omnibus peius uiuunt mali
christiani. **U**is uide quoniam omnibus peius
uiuunt mali christiani: **D**e malis dicit
propheta ezechiel. quod comparantur sunt
mentis inutilibus. **N**one paganus
ligna esse siluatica extra ecclesiam.
adhuc potest inde fieri aliquid. **I**n
de lignis fabricilibus est lignum fabricum
tuum: et si adhuc nodosum et curuum et
ceterosum. tamen quod dolet: asseruit
deplanet. et possit uerere ad aliquam
fabricam usus humani. **D**e sarmento
autem passio fabri nichil facere possit
ignis ea solus expectat. **A**ttende
fratres. cum siluatico ligno uobis pro-
nat sarmentum manes in uita. **Q**uia
sarmentum dat fructum. illud lignum
non dat fructum: passio tamen sarmento
de uita si compararet lignum siluaticum
intelligit esse melius. quia de illo aliquid
faber facere potest: her autem non quod
nisi qui foro ministrat. **A**t tendes in

in illa: sup omes inqt inimicos meos
fais su obprobriu. Deuis iquit vi
uit mali i facmetis meis: qm q
ad illa nuqm accesserut. Latine a
pte cur no dicam. ul qn psalmu ex
ponim. Et si alys teporibz forte di
ce no audem. salu nritas exponere
habeat libertate corripedi. Sup
oms iquit inimicos meos fais su
obprobriu. De talibz dicit apliis
perus. Facta st illis postiora detio
na prioribz. Melius em erat illis no
cognosce via iusticie: qm cognos
centibz reuorsu reflecti a tradito si
bi sco madato. Cu dicit meli erat
illis no cognosce via iusticie: none
vidit aut meliores ee inimicos fo
nis positos qm itus male viuertes.
qm iquit et guatur ecclia. Me
lus iquit illis erat no cognoscere
via iusticie: qm cognoscentibz re
uersu reflecti a tradito sibi sco ma
dato. Deniqz vide qm horribili rei
os repaunt. Cotigit illis res veri
puerbz: tanis reuisus ad sui vomu
ai. Ihs itaqz talibz ai sint plene
ecclie: none veracit illit dicit pau
t. imo ex paucoz voce ipa ecclia:
sup omes inimicos meos fais su obp
robru. et vitius meis nimiu. et ti
mor notis meis. Diuis meis in
ma obprobriu factus su. idz qui
hor e vitam mei nimiu deterriti st
ma. Qm multos ei putatis fratres
mei velle ee xpianos. et offendi
malis moribz xpianoz. Ipsi sut
inimici qui ia psequabatur: et nimiu
obprobriu illis visi sum. Timor
factus su notis meis. Qd ta time

du: Timor inqt factus su notis me
is. Qd em ta timendu qm cu videt
ho multos male viuertes: et de q
bus bn sperabat. i multis male
factis iuentos. Timet ne tales
sint omes et qd putabat bonos: et
venit in suspitione mala ppe
oms boni. Qualis vir? Quomo
recedit? Quomo iuentus e i illa
turpitudine. in illo scelere. in illo
facto malo? Putas no tales stios?
Hor e timor notis meis: ut et ipis
quibz noti sum. pleriqz i dubiu
veniam. et n te co solet qd es si a
liqd es: no credis ee alteru talem.
Consolat hoem qlisqz conscia:
ut dicat sibi ho qui bn viuit. O tu
qui mo vereris ne tales sint omes?
tutalis es. Respondet co scia tua.
no su. Ergo si tu talis no es. solges.
Vide ne peior sit ista supbia: qm
illa neqta. Noli solu te dice. Na
et helyas aliqn tedio mltitudinis
ipioz ait. pphetas tuos occiderut.
altana tua suffoderut: et ego relic
tus su solus. et qrit ai am mea. S
qd dicit illi responsu diuinu. Reli
qui in septē milia viroru: qui no au
uauerut genua ante baal. Ergo
fres int her scandala vnu e reme
diu: ne male sentias de fratre tuo.
Huiliter esto qd vis eu esse. et non
putabis eu ee qd no es: sed tn fit
timor eia notis et ia exptis. **Qui**
videbat me foras fugerut a me.
Ignoscendu est si foras fugisset
a me qui no videbat me: eia q
videbat me foras fugerut a me.
Se si qui no me videbat foras fugerit
a me: nec dicendu e foras fugerit.
q itus no fuerut. Si itus fuisset

vidissent me. idz cognouissent cor-
pus xpi. cognouissent membra xpi.
cognouissent unitatem xpi. Illud e-
magis gemendum. illud oimino intol-
lerabile. qd multi q videbant me
foras fugerunt a me. et q cognoue-
runt qd eet ecclia exierunt foras. et
hereses et schismata cont eccliaz fe-
cerunt. Hodie hominem inuenis vbi gra-
natu in pte donati. nescit qd sit
ecclia. ubi natus e tenet. no illi e-
uellis consuetudine qua sunt cu
lacte nutritis. Illu da qui voluit
cotidie in scripturis. qui legit. q pce-
dit. ita ne tandem no ibi videt.
postula a me et dabo t gentes he-
ditate tua. et possessione tua tmi-
nos tre. no ibi videt. comedabun-
tur et conuertent ad dnm vniusi fi-
nes tre. et adorabunt i conspau ei
vniuse patris gentiu. Si vides i
bi totius orbis unitate qd foras
fugis. ut no solu ipe patris. vni-
et alijs facias recitate. Qui vide-
bat me idz qui nouerat qd sit ec-
clia. qui etia in scripturis ituebant.
foras fugerunt a me. Putatis eni
fres mei. q illi omis q fecerit here-
ses p loca et ptes. no nouerat in
scripturis dei qd ecclia no e p dicit-
ta n toto terrarū orbe diffusa. De-
dico caritati vre. ite omis xpiani
sum. ul xpiani omis dicam. et oes
xpi signo signam. Obscurus dix-
erunt pphete de xpo. qm de ecclia.
puto ppta q videbant in spū cont
eccliam hoies facturos ee pticu-
las. et de xpo no tanta lite habi-
tuos. de ecclia magnas contentio-
nes excitatuos. Illud ideo vnde
maiores lites future erant. plani

pdicatu. aptius pphetate. ut ad
iudiciu illis valeat qui vident
foras fugerunt. Expli gra vni
medrabo. Abrahā pater nū fut
no ppter ppagine carnis. s. pprimi-
tatione fidei. Iustus et placidus do-
p fide suscepit filiu sibi pmissu. Ita
at de sara sterili vxore sua. i. fene-
tute sua. iustus e imolare deo cu
de filiu nec dubitauit. nec discep-
uit. nec de iussu dei disputaui. n-
malu putauit qd iubere optinuit
potuit. Dixit filiu suu ad imolan-
du. iposuit ei ligna sacrificij. pucit
ad locu. erexit dexterā ut pateret.
eo phibente deposuit. q iubente ut
uauerat. Qui obteperauerat ut
ferret. obteperauit ut pateret. u-
biq obediēs nusqm timidus. Ut
tn ipleret sacrificiu et sine sagu-
rens i vxore cornibz. ipe imolatu
pactu e sacrificiu. Quere qd sit
figura e xpi inoluta sacramentis.
Deniq ut videat disant. ut vi-
deat ptraat. ut qd inolutu e e-
uoluat. Isaac taqm filius vni-
dilectus figurā habens filij dei
portas ligna sibi qmo xpus crucis
portauit. Ille postremo ipe aues
xpm significauit. Qd est ei heres
cornibz. n quodamō cruce figi. s.
gura e ista de xpo. cotinuo pdica-
da erat ecclia. pnunciato capite p
nunciandū erat et corpus. Cepit
spc dei. cepit ds ad abrahā pdica-
velle eccliam. et tulit figurā xpi
figurate pdicabat. eccliam apte
pdicauit. Aut ei ad abrahā. Qui
obaudiisti voce meā et no pepisti
filio tuo dilo ppi me. bndicente

benedicā te. et implendo implebo seme
tuū sicut stellas celi et arenā ma
ris. et bndicent in semine tuo om̄s
gentes terre. Et pene ubiq; xpc aliq;
uoluto sac̄menti p̄dicatus ē a
ap̄st̄. ecclia ap̄te. ut vident illā
qui futuri erant cont̄ illā. et imple
re in eis ista neq̄tia quā p̄dixit
psalm̄. qui videbat me foras fu
git a me. Et nobis exierūt s̄
no erat ex nobis: hoc ap̄st̄ ioh̄es
de illis dixit. **Oblit** sū tāq; mor
tus a corde. **Oblitus** sū. in obli
uione veni. oblitus sū me illi q;
videbat me. **Obliti** sū mei: et sic
mei oblitus sū tāq; mortuus fueri
a corde ip̄oz. **Oblitus** sū tāq; mor
tus a corde. **Factus** sū tāq; mor
tus a corde. **Quid** ē hoc factus sū
nulli p̄derat: vidit se vas eē et nul
li p̄desse. et se tāq; vas p̄ditū di
xit. **Quā** audiu iniquationem
multoz audentū in ciuitate. **Et**
accoluit in ciuitate meo: et rep̄
hendit me cotidie. **Quā** mala
dixit in malos xp̄ianos? q̄ male
dixit puenit ad om̄s xp̄ianos:
quod enī dicit qui maledicit a
qui reprehendit xp̄ianos. ecce q̄ fa
ciūt nō boni xp̄iani? **Nō** separat: nō
discernit. **Illi** tñ ista dicit q̄ ac
colat in ciuitate. idz arāuent
et nō intrāt. **Quē** arāuent et nō
intrāt? **Quā** rota teporis amant.
discernit ad veritate. q̄ nō amat
veritate: tp̄alib; dediti tāq; rote
discernit? de quib; a libi dī. pone
discernit eoz ut rota: et alibi. in ci
uitate ip̄y ambulāt. **Quā** tōgre

garent ipsi simul adūsū me: ut
accipent aīam meā cōsiliati sū.
Qd est ut accipent aīam meā cō
siliati sū? **Ut** consentire p̄uauit
tibi eozū. **Illi** enī qui maledicūt
et nō intrant. parū est q̄ nō intrant:
et eicere hinc volūt vituperando.
Si exierūt te de ecclia accipert aīaz
tuā. idz tenuerūt cōsciā tuā: et
eris in arcu tuo nō in māsiōne.
Ego aut̄ int̄ hec obp̄bria. int̄ hec
scandala. inter hec mala. int̄ istas
seductiōes. foris uq̄tates. et p̄uē
sitates itus: tū attendere hoīes
iustos. et q̄rere et deessent q̄s imi
taret. qd feci. **Qd** cōsilium iueni.
Ego aut̄ in te sp̄aui dñe. **Nichil**
salubrius. nichil securius. **Volebas**
imitari nescio quē. iuenis illū nō
bonū: tolle imitationē hāc. **Aliū**
q̄sisti. nescio qd displicuit t̄. ter
tū quesisti. et ip̄e nō placuit: nū
qd q̄ et ille et ille displicuit. et
tuperabis. **Tolle** ab hoīe sp̄em:
q̄ maledictus oīs qui sp̄em suam
ponit in hoīe. **Si** attēdis ad hunc
hoīem et eū q̄ris imitari. et ex illo
pendere: adhuc lacte vis nutiri.
et fies māmotrept̄ q̄les dicitur
pueri qui diu sugūt. qd nō decet.
Etenī lacte uti tāq; p̄ carnē velle
sibi trahi: hoc idē est p̄ hoīez vīuē.
Donec esto ad mē sam: ide cape
unde ille cepit: a fortasse nō cepit.
Fortē utilit̄ et in malū itidisti q̄
bonū putasti: ut i abere q̄si ma
terno amantudinē iuenies. et ea
offensione repelleres. et ad abū
validiore imitaretis. **Faciūt** et hoc
nutrites māmotrept̄s. ut aliqua
amara ponāt in papillis suis: q̄

bus offensi puuli ab ubi resiliat.
et ad mensa inhiat. Ergo dicat. ego
aut in te spau dñe. **Qui tu es
deus meus.** Tu es dñs m̄s. recedat
donat. recedat cenlian. nec ille n̄
iste ē dñs meus: nō ad hōis nomē
abulo. xpi nomē teneo. Ip̄m paulū
audi dicente. nūq̄d paulū p̄ vobis
cruafixus ē. aut i noīe pauli bap̄ti
zati estis. **Derive si eem de parte
pauli?** qmō nō perco si fuero de pte
donati. **Deus recedat huana noīa.**
huana reūna. huana figmēta.
In te dñe spau: qui tu es dñs m̄s?
Nō hō q̄sqm̄: s̄ tu es dñs m̄s. Vn̄
defiat vn̄ p̄fiat: dñs m̄s nō defiat
neq̄ p̄fiat. nec habet quo p̄fiat
p̄fectus. n̄ habet vn̄ defiat et̄n̄.
Qui dñs deus m̄s es tu? **In ma
nibus tuis sortes mee.** **Nō in ma
nibus hōim̄: s̄ in manibus tuis.** Que
sūt iste sortes. **Quare sortes?** An
dito noīe sortū: nō debem̄ sortalo
gos q̄ere. **Sortes enī nō aliq̄d mali
ē: sed res ē in dubitatioe huana
diuina iudicis voluntate.** Nam et
sortes miserūt apli qm̄ iudas t̄dno
dño peryt: et sicut de illo septū est.
abijt in locū suū. cepit qm̄ quis in
loco eius ordinaret. **Electi s̄ duo
iudicio huano: et electus de duob̄
vn̄ iudicio diuino.** De duob̄ con
sultus ē deus quēnā ip̄oz ee vell̄:
et cecidit sort̄ sup mathia. **Qd̄ ḡ
ē in manibus tuis sortes mee?** **Sorte
te dixit qm̄tū ego existimo gr̄aā
qua saluati sum?** **Que sortis noīe
appellat gr̄am dei?** **Qua sorte nō
ē electio. s̄ voluntas dei.** **Qua ubi d̄i.
iste facit. iste nō facit. merita cō
sideratur: et ubi merita cōsiderat.**

electio est nō sorte. **Quā aut d̄s nlla
merita n̄a iuenit.** sorte volūtas
sue nos saluos fecit q̄ volūtas: nō
q̄ digni fuim̄. **Hec ē sorte.** **Ad d̄o
tunita illa dñi de sup̄ recta q̄ sig
nificat caritatis et̄n̄itate. nō d̄o
di a p̄secutoribz nō possit sorte sup̄
eā missa ē: ad quos puenit. eos sig
nificauit qui vident ad sorte p̄u
re sort̄. **Et salui facti estis p̄ fide
aut apl̄s.** **Et salui facti estis p̄
fide: et hoc nō ex vobis.** **Vide sorte
et hoc nō ex vobis. s̄ dei donū est.
nō ex opibus q̄si vob̄ b̄n̄ feceritis.
ut ad hoc accede digni essetis. nam
ex opibus ne sorte q̄ extollat. s̄
enī sum̄ figmentū: creati in xpo
ih̄u in opibus bonis.** **Hec q̄ d̄o
sorte om̄ta ē voluntas dei: i huana
gnē sorte ē. sorte veiens de dei om̄
ta voluntate. apud que nō est iu
tas.** **Docem̄ ille p̄sonas accipit: s̄
oculto illi iusticia tibi sorte ē. et
tendat itaq̄ caritas v̄a: videte h̄
ip̄m q̄ admodū firmet ab apl̄s
tro. cū symon ille magus bap̄tizatus
a philippo ad heret̄ ei credet̄
miraculis diuinis factis i o sp̄i
suo. **Venerūt apli ad samaria
bi credideat etiā ip̄e magus et̄
bi fuit bap̄tizatus: et ip̄o fuerūt
apli man̄ hōibus bap̄tizatis
acceperūt sp̄m̄ scm̄. et ceperunt
liguis loqui.** **Admiratus est ille
et obstupescit factus tato diuino
ratulo. qd̄ ad ip̄ositionē huana
manū venit sp̄s sc̄s. et impleuit
hōies: et desiderauit istā nō gr̄a
tia s̄ potentia: nō vn̄ liberare
s̄ unde extollatur. **At ubi desit
uit hoc et impleuit sup̄bia: et********

et diabolica impietas et celsitudo de
 iacenda: aut aplice. **Quinta** vltis pecu
 nia a me accipe: ut et ad meam i
 positione manu accipiat hoies
 spm scm. **Qui** q̄ebat: **Silama**: q̄
 maritu accolebat: pecunia apu
 mit posse se emē donū dei. **Qui**
 reputat: pecunia cōpare spm
 scm: enā aplos auaros arbutat
 t̄nat erat ipe ipius et supbus.
Conuuo petrus: pecunia tua inqt
 t̄nat i p̄dione: q̄ existimasti
 donū dei pecunia cōpari. **Nō** ē tibi
 pars neq̄ fors in fide hac: idz nō
 p̄nes ad istā grām quā gratis
 vns accepim. qui pecunia te putat
 emē qd̄ gratis dat. **Ex** eo aut qd̄ g
 nis datur: fors vocat. **Nō** ē tibi fors
 neq̄ pars in fide hac. **Ista** dicit ne
 sepauescem qd̄ dicit in manibz tuis
 vns petrie. **Quousq̄** ē h̄editas et
 h̄esie. **Inter** q̄s fines: **vsq̄** ad oēs
 fines. **Dabo** t̄ gentes h̄editate tu
 a et possessione tua fines ire. **Nō**
 n̄ḡ p̄mittat hō nescio quā p̄tati
 mee. **Iā** sufficiat caritati v̄e: qd̄
 restat in noie dñi crastina die ip̄o
 conuante reddem. **Explicat s̄mo**
secundus. Incipit s̄mo tertius.
Quod de psalmo restat vñ
 duos iā sermoēs habuim
 aliquitū est āplius qm
 vna pars: et videm nob̄ hodie de
 vna esse cōplendū. **Vñ** peto cari
 tate v̄am ut libeter habeatis
 vob̄ i verbis eius planioribz nō
 morari: ut ea nos teneat quore
 n̄ctas exponedi. **Multa** enī sūt
 nimis fidelū sponte occurrētia.

multa q̄ breui amonitioe opus ha
 bent: q̄dam vō et ea rarioza q̄bus
 isudandū est ut possint intelligi.
De ḡ tepus sufficiat v̄ribz et nos
 t̄s et v̄s. videte qm̄ apta s̄t hec.
 et nob̄ sc̄i potius agnosate. et in
 his nob̄ sc̄i deū laudate: et si orat
 psalm̄ orate. et si gemit gemitē:
 et si gratulat̄ gaudete. et si sperat
 sp̄ate: et si timet timete. **Oia** ei
 que h̄it cōscripta s̄t: **Speculū** nos
 trū sūt. **Erue** me de manibz im
 mitor̄ meorū: et a p̄sequētibz me.
Dicam hoc: vñ quisq̄ de inimicis
 suis dicat hoc. **Donū** est enī et o
 mie debem̄ ut nos d̄s eruat de ma
 nibz imitor̄ n̄orū. **Sz** itelligedi
 sūt imiti p̄ quibz orandū sit:
 et cont̄ quos orandū sit. **Inimici**
 hoies q̄lestūq̄ fuerit nō s̄t odio
 habendi: ne tū odit̄ malus que
 patit̄ malū sūt duo mali. **Dili**
 gat bon̄ et tū patit̄ malū: ut vñ
 vñ sit malus. **Alii** imiti s̄t cont̄
 q̄s orandū ē diabol̄ e āgel̄ ei:
 ip̄i nob̄ is iudicent̄ regnū celozū:
 ip̄i nolūt ut nos ascendam̄. vñ
 illi derecti s̄t: ab his orem̄ erui
 aiām nrām. **Ita** et qm̄ aduersū
 nos hoies incitant̄: vasa ip̄soz
 sūt. **Unde** apl̄s paul̄ amones
 nos qm̄ cariti ee cont̄ imitos
 debeam̄: aut seruis dei qui t̄bu
 latioēs patiebatur vtiq̄ seditio
 nibz. i probitatibz. imicitibz ho
 minū. **Nō** ē nob̄ is colluctato ad
 uers̄ carne et sanguēz: idz nō ad
 usus hoies. s̄ ad usus p̄ncipes et
 ptates et r̄ores mūdi. **Cui** mū
 di: **Celi** et terre: **Ab** sit. **Hui** mū
 di rector nō est. n̄ creator. **Sz** que

diat mundū. Amatores mundi. Deni-
q̄ addit et exponit qd̄ dico mundi. te-
nebrarū harū. Quaz̄ utiq̄ tūbrarū.
nisi infidelū et ipozū. Nā ex ipis
et infidelibz cū essent facti p̄ et fi-
deles: sic eos alloq̄tur idem ap̄ls.
Fustis em̄ aliq̄n tenebre: nūc aut̄
lux in dño. Adūsus sp̄alia inq̄ti-
ne q̄e in celestibz. adūsus diabolu
et eius angelos dimicatis: hostes
vros nō videtis et viatis. Erue me
de manibz inimicorū meorū. et a p̄se
quētibz me. **I**llustra facie tuam
sup̄ seruū tuū: saluū me fac in tua
misericordia. **S**up̄ius dicebam̄ si me-
minit bestie disputatiōis caritas
vra quicūq̄ affustis: qm̄ illi mar-
ime p̄sequit̄ eccliam qui xp̄iani
nolunt bñ vnie. P̄ hos em̄ obpro-
briū habet ecclia: et ab his imita-
cias sustinet. Qñ corripuit. qñ
x̄ male vnie nō p̄mittit. qñ cū eis
vl̄ verbo agit: ipsi mala i suis cor-
dibz meditātur. et eripendi oca-
sione requirūt. Int̄ hos gemens
iste. et si volum̄ nos sum̄. qm̄ plu-
res sūt ipi. et int̄ multitudiez eorū
vix apparent boni taqm̄ grana i
area: de quibz tñ purgatis horrea
replenda sūt dñi. Ergo int̄ hos ge-
mitus iste ait: illustra facie tuam
sup̄ seruū tuū. Cōfusio ei quēda
putat̄ cū om̄s xp̄iani dicūt: et
qui bñ viuūt et q̄ male viuūt oēs
vno caritate signatur. Oēs ad vnu
altare accedūt. om̄s eodē baptis-
